



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Contra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

758 DE CHRISTIANA LIBERTATE  
casum scandali tales ritus sine peccato omitti. Hae ergo  
breuissime tollit multas fallas opiniones de humanis traditionibus,  
qua & obscurant Euangelium de gratia, & de veris cultibus, & sine  
periculis carnificina conscientiarum, ut alibi copiosius dicit.

TESTIMONIA autem regulæ sint in conspectu. Hæc probabili-  
bent opinionem cultus: Match. 15. Frustra me colunt mandatis ho-  
minum. Et Ezechiel 20. In præceptis meis ambulare, non in præ-  
ceptis patrum vestrorum, &c. His dictis expresse probatur  
opinio necessitatis. Colossenses 2. Nemo nos inducit in cibo, pem-  
vicibus dierum festorum, &c. Et Galat. 5. In libertate, in qua Christus  
uos vocauit, state, & non iterum iugo servitus subjetamini.  
Nec condendæ nec intelligendæ sunt traditiones contra hanc doc-  
trinam in Euangilio traditam.

#### C O N T R A

Non minus debetur obediencia Ecclesiæ, quam potest politice,

Violatio politicarum legum est peccatum. Roma. n. Nullus  
est obediens, non solum propter iram, sed etiam propter  
conscientiam,

Ergo & violatio traditionum humanarum in Ecclesiæ, est peccatum.

RESPONDENTIUS primum ad maiorem: Ministerio Euangeliæ  
debetur obediencia, quatenus est ministerium Euangeliæ, non in aliis  
doctrinis aut legibus extra Euangeliæ. Quia ministerium Euangeliæ  
non habet potestatem condendi alias leges. Nec habet prohi-  
bitionem. Sed potestas politica habet duo mandata. Primum prohi-  
bendi legem diuinam Moralem, & exequendi penas. Alterum, ab-  
dendi ius positivum, id est, determinationes circumstantiarum, sed  
non pugnantes cum legibus diuinis, quæ ad nos pertinent.

RESPONDENTIUS est etiam ad minorem. Dissimile est  
Violatio legum politicarum est peccatum, quia hoc ita diuinum ser-  
citur est. Vult enim Deus corporalem vitam regi legibus Magistrum,  
& habere eos potestatem condendi alias leges. Con-  
tra vero expresse sanctum est in Euangeliæ, ne existimetur  
peccatum, violatio rituum, qui sunt ordinati ab Episcopis seu Patri-  
ribus. Quia vult Deus Ecclesiam tantum suo verbo regi, quo regi-  
tur iustitia & vita æterna. Non vult addi humanas traditiones. Ac  
semper in mundo creuerunt idola, cum hac perfusione hominum  
animi fascinati fuerunt, humanos ritus esse cultus, & esse res terribi-  
rias.